

michi conscium plane mihi non adscribere; omnia autem
benevolentiae tuae, quam equidem omnium officiorum
generes mereri aliquando conabor. Non possum Vir Nobi-
lissime non invidere tibi tot illustriam hospitum
conventum, quem expectare te hodie vel crastino intel-
lexi. Voles nunc certe trium horarum spatium a te di-
visos esse, quotquot hic rei Musicae cultores vivimus.
Nec desperamus tamen, quin tua facundia permanere
possint tot amoenae ingenia, ut Haga quoque aliquando
tam festum diem indulgeant. Vale Vir eximie, et
festinanter ista scribillanti ignosce, oculis praeterea
somnialem a comessati ducula Musica, cui apud
Sirenem nostram ad multam noctem vacavimus.
Vale. 27. Apr. 1674.

Eidem.

Nobilissime atque amplissime Vir.

(511)

Totum tibi triiduum dabo, quo non ullam gratiam
unquam mihi obligit, aut amoenius. Tantam me
voluptate affecit trias ita peritissimorum Musicorum,
inter quos nemo est, qui non eminere posset, nisi inter
pares audiretur. Adeo in sua quisque arte potens est
ac stupendus. Tu solus defuisti Vir Nobilissime
et maleste desideratus es. qui prudentissimus omnis
Symphoniae Choragus, oratore quam maxime tua
praesentia ejusmodi conventus soles regere etiam
ac moderari. Erit, spero, qua haec plenissimam
nobis hilaritatem reducat dies; nam, vel te jubente
vel me rogante, videntur hi tanti Artifices non
agere aliquando ad nos redituri. quod ut quanto
decius fiat, et quidem frequentissime summo opere
cupio, praecipue vero ut per valetudinem tuam
liceat. Scrib: Haga Com: 15. Maij 1674.

(512)

Eidem.

Provenisti me ut soles Vir nobilissime, et officii vicem
quod debitoris erat, creditor occupasti. facis, inquam,
pro more tuo, qui est, humanitates neminem non
provenire. Me quidem hic rubore perfudisti, qui quae
tibi chartulas ultro destinaveram, nescio qua solertia
neglexi transmittere, donec ipse mihi autem velleres,
quod certe factum nolim. Ecce igitur de aceruo meo
Musico, potissima quaeque, et quae tibi maxime ad palatum
factura